Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

De comoediarvm. [...]

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

& Poetā Terentiū uere tuū putato. Ex Tubinga Anno M.D.XVI.
H. & L.

DE COMOEDIA.

OMOEDIA eſt poematis notū genus, in quo humiles fere perſonæ introducunꝰ, & ſi antiq̄ Comœdia grādis & elegās, & uenuſta erat. Vel comœdia eſt priuatæ ciuiliſqꝫ fortunæ, ſine uitæ periculo cōpræhēſio. Vel eſt ſpeculū ꝯſuetudinis, imitatio uitæ, imago ueritatis. Dicta, uł α πο του κωμων hoc eſt a uicis, uł α πο του κωμον, hoc eſt a comeſſatiōe. aut quod ſomni tempore (id enim κωμα ſignificat) canentes diuitum iniurias memorent.

DE COMOEDIARVM. SATYRARVM, ac Tragœdiarum ſerie & principio.

❡ Alienū nō erit, neqꝫ ꝑter animi nr̄i ſententiā, Comœdiaꝝ, Satyrarūqꝫ, atqꝫ Tragediaꝝ ſeriem & pricipiū breuiter referre. Olim ſedatis ac cōpoſitis belloꝝ inſultib⁹, Athenieſes cū ad uitā pacatiorem ſe trāſtuliſſent, domeſticæ tūc in pauperes inſurrexerūt iniuriæ. ex agro igitur Athenienſi ruſtici ſæpius a diuitib⁹ iniuria affecti ſeſe in urbē receperūt. ſed cū interdiu quærendo ſuis incōmodis auxiliū p̄ſtare nō poſſent, noctu uicos urbis oēs obeundo, cunctis ſilentib⁹ ciues nominatim cōpellabant, & quas paterenꝰ aperiebāt diuitū iniurias necnō impia facta ac dicta ꝓpalabāt. Hæc cū ſæpe uicini audiſſent, qđ noctu acceperāt, poſtridie inter ſe inuicē colloquebanꝰ. Inde nō mediocri erat uitio, quib⁹ eiuſmodi obiiciebaꝰ ꝯtumelia, unde oportunū fuit multis in urbe potentibus, ut ſuis in agricolas iniuriis modū inuenirent, ſibiqꝫ ab inferendis cōtūeliis moderarenꝰ. Vidētes igiꝰ ciues hoc eſſe utile ciuitati iniuriæ amuletum, iuſſerūt ꝯtumeliis ꝓuocatos in Theatrū ꝓdire, & q̄ noctu ꝓclamaſſent audatiori animo referre. deinde qm̄ talis luſus nō ſine grauitate placuit, ſanciuit popul⁹ Athenienſis, ut qui ingenio p̄ſtarent, de eiuſmōi rebus carmīa componerent atqꝫ libere & impune aduerſum om̄e hominū gen⁹ loquerenꝰ. Primū Suſarion uerſibus Iambicis Comœdiā edidiſſe perhibeꝰ, cuius ſane poemata exciderūt. Hinc ſumpto Comœdiaꝝ exordio ad hæc perſcribenda numeroſa paulatim aucta ꝯfluxit mꝉtitudo, q̄ flagicioſos hoīes a tetris deterrebat facinorib⁹. Sed nō mꝉto poſt erupta emerſaqꝫ hominū iniquitate, factioſis atqꝫ tyrannis in urbe ꝓualeſcentib⁹, diuites, &

publicis honoribꝰ honeſtati, in Comœdiis nomīari quenquā, niſi humilē, aut ſi mō ſinerēt opibꝰ inſignē, exterū, non ciuē, uetuerunt. at mox largius ꝓfuſa uitioꝝ licentia, nō ſolū nominatim, ſed ne ænigmate & occl'tis uerſibꝰ ſcribi poemata uoluerūt. Vñ poetæ aut in diuites exteros aut in pauperes oēs licēter ꝑ ſua libidīe loq̄bant.

DE TRIPLICI COMOEDIARVM differentia.

¶ VNA ſiquidem Comœdia antiqua eſt, quæ prima palam oēs inceſſebat. Media uero per ænigmata. Noua q̄ in exteros aut ſeruos, aut pauperes inuehebatur. Artifex priſcæ Comœdiæ & Poeta inſignis fuit Ariſtophanes, Eupolis, & Cratinus. Mediæ uero Plato nō ille Philoſophus, & Pherecrates. Tertiæ aūt Menander, Philemon & Philiſtion. Cæterū primā comœdiam ad Eupolidē uſq; q̄dam aſſerunt perueniſſe, quem ob Baptas in Alciabiadē ſummū Athenienſium imperatorem perſtrictas comprehēſum & ſublimē raptum in pelagus p̄cipitare militibus ſuis mandauit Alcibiades. unde quidam referunt ipſum diu inter fluctus naufragum euaſiſſe Sed poſtea rei publicæ edicto Alcibiades edixit, ne quis Athenienſem in Comœdia inceſſeret. Tuncq; Eupolidem, Cratinū, Pherecraten, Platonē atq; Ariſtophanē iocos quoſdā inuolutos, in quēuis pertentaſſe. Idq; ſecundū Comœdiaꝝ genus appellatum, quod tamdiu uiguit, quoad ne obſcure quidem perſtringi ciuē uoluere. Nam poſt in humiles & extremæ ſortis homīes, aut in cuiuſcunq; generis exteros conuerſi ſunt. Quod ſane tertiū Comœdiæ genus fuit a Menandro & Philemone celebratum, qui omnē Comœdiæ acerbitatem mitigauerunt, a quibus Romanos ſuas fabulas tranſtuliſſe perhibetur, poſt quos primus Liuius Andronicus, latino ſermone Comœdiam ſcripſit, excito ex Hetruria ludione qui Hiſter uocabatur, a quo hiſtrionis nomen emanauit.

DE PROPRIETATE.

¶ Comœdiæ ꝓpriū fuiſſe ſcribunt quidam uiginti quatuor adhibere ſaltatores, & q̄dratū choꝝ. Præterea ꝯuitia dicaceſq; ſermōes ꝯtinere. Illđ quoq; minīe p̄tereundū qđ Comici, Satyrici & Tragici oēs uno noīe Comici appellati ſūt. qm̄ ex uicis in urbē eruperint qui his dedere principium. Exin diſtributa ſcribentium ratio eſt, ut Comici ſeruos & humiles. Satyrici ruſticos, Tragici diuites & reges deſcriberent. Ac ſicut Comœdia a uicis, aut a ſomno dicta,